

## Band IV., Nr. N4, Seite 318-320

*Die gottgeweihte Hiltisnot, Suabulcds Tochter, schenkt um ihres Seelenheiles willen einen reichen Güterbesitz im Brettach-, Kocher- und Gardach-Gau, darunter namentlich das erst kürzlich von ihr gegründete Klösterlein Baum-Erlenbach, an das Kloster Lorsch und trifft Bestimmungen über die künftige Wahl der Aebtissin in ihrer genannten Stiftung.*

Lorsch, 787. Juni 7.

In Christi nomine, sub die VII. idus Iunii, anno XX. regni domini nostri Karoli regis. Ego Hiltisnoot, deo sacrata, filia Suabulcdi quondam, considerans casum humane fragilitatis pro dei intuitu vel pro animae meae remedio seu et retributione aeterna dono ad sanctum dei Nazarium martyrem, qui requiescit in corpore in pago Renense in monasterio quod vocatur Lauresham super fluvium Wisgoz<sup>a1</sup>, ubi vir venerabilis Richbodo preesse videtur vel turba plurima monachorum ibidem adunata esse dinoscitur, donatumque in perpetuum esse volo et promptissima voluntate confirmo, hoc est monasterium quod modo a novo edificavimus in propria alode mea in pago Brethachgowe in Wachelicheimere<sup>2</sup> marcha et in Magelingun<sup>3</sup> marca in loco nuncupato Alirinbach<sup>4</sup>, id est basilicam quae est constructa in honorem sancti Salvatoris et sanctae Mariae vel caeterorum sanctorum, et in ipsis locis iam dictis huobas serviles XVI et huobam et mansum indominicatum, vel quicquid ad ipsos mansos vel hubas aspicit, terris<sup>b</sup>, domibus, aedificiis, campis, pratis, pascuis, perviis, silvis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, cum adiunctis adiacentiis, mancipiis, accolis, peculio utriusque sexus maiore vel minore, mobilibus et immobilibus, omnia et ex omnibus re inexquisita, cum omni supellectili, quicquid dici aut denominari potest, sicut a nobis moderno tempore possideri dinoscitur, totum et ad integrum. Similiter in Buttinesheim<sup>5</sup> marcha quic-

<sup>a</sup>Statt der Worte *in pago – Wisgoz* steht im genannten Codex *ut supra*, die Ergänzung wurde aus der in der Chronik unmittelbar vorhergehenden Urkunde von 786 Febr. 25 übernommen.

<sup>b</sup>Davor steht im Codex durch einen Punkt gestrichen *tam*.

<sup>1</sup>Die Weschnitz.

<sup>2</sup>Wächlingen, Öhringen, KÜN, W.

<sup>3</sup>Möglingen, Öhringen, KÜN.

<sup>4</sup>Baumerlenbach, Öhringen, KÜN.

<sup>5</sup>Zunächst als Langenbeutingen, Langenbrettach, HN, identifiziert, wird in Württembergische Vierteljahreshefte 7, S. 233, eher an die Flur Büttelhausen (bei Eichach, Zweiflingen, KÜN) gedacht, die die beiden im Text vorgenannten Orte mit einander verbindet und vielleicht an einen abgeg. Ort erinnert.

## II

quid ibidem habere videmur, id est hubas duas et casadum<sup>c</sup> unum ibidem manentem una cum peculiari suo et quicquid ad ipsas hubas aspicit. Similiter et in Cochengowe in Westheimer marcha in loco qui dicitur Raodhaha<sup>6</sup> hubas quinque et mansos V vel quicquid ad ipsas hubas vel mansos aspicit et basilicam illic constructam ad integrum<sup>d</sup>. Similiter in Gardachgowe in Gardaro<sup>7</sup> marcha in loco qui dicitur Shlothrun<sup>8</sup> mansum et hubam et quicquid ad ipsam hubam aspicit. Et in Becchingen hubas V, mansos V vel quicquid illuc aspicit. Item quod femina quaedam, nomine Wirdun, tradidit ad iam dictas reliquias in Olleimo<sup>9</sup> marcha vel quicquid in ipsa marcha legibus ei adtingit et quicquid ad hec omnia aspicit, campis, terris, pratis, silvis, pascuis, perviis, aquis aquarumve decursibus, domibus, edificiis, totum et ad integrum, sicut superius diximus, mancipia quoque LV utriusque sexus, quae et in his et in aliis locis manere videntur, una cum omni peculiari suo. Hec omnia superius comprehensa cum omni integritate sua, tam ipsum monasterium quam omnia ibidem aspicientia, de iure meo in ius et dominationem sancti N(azarii) dono, trado atque transfundo in dei nomine perpetualiter ad possidendum ea ratione, ut ab hac die habeant, teneant atque possideant et suis posteris ac successoribus ad possidendum relinquunt. Scilicet, ut, dum ego advixero, ipsas res, sicut superius continetur, per beneficium vestrum absque preiudicio sancti N(azarii) vel vestro seu successorum vestrorum habeam et excolam et nichil exinde minuere, nisi quicquid ibidem addere aut meliorare, potuero, et censum annis singulis in festivitate sancti N(azarii), quae est II. idus Iunii, sarcilem I persolvam, et si de ipso censu neglegens fuero, cum legis beneficio hoc emendari faciam. Post discessum vero meum si aliqua de genere meo in ipso monasterio fuerit educata, quae ipsam congregationem, quam propter nomen domini ibidem adunavi, secundum deum regere potuerit, per electionem abbatis sancti N(azarii) abbatisa constituatur, et hoc semper quoadusque de genere meo digna ibidem reperiri potuerit servetur. Quodsi non fuerit de genere nostro quae possit ibidem esse abbatisa, tunc iam praefatus abbas

---

<sup>c</sup>Durch das *d* ist ein überflüssiger Abkürzungsstrich gezogen.

<sup>d</sup>Die Worte *et basilicam – integrum* sind am Rande der Handschrift, jedoch von derselben Hand, beigesetzt.

<sup>6</sup>Oberrot, Oberrot, SHA.

<sup>7</sup>Wegen der im Text folgenden Güterorte vielleicht am ehesten Großgartach, Leingarten, HN, möglicherweise aber auch Neckargartach, Heilbronn, HN, oder Kleingartach, Eppingen, HN.

<sup>8</sup>Schluchtern, Leingarten, HN.

<sup>9</sup>Zunächst mit Olnhausen, Jagsthausen, HN, in Verbindung gebracht, denkt Bossert in *Württembergische Vierteljahreshefte* 2, S. 286, da ein Kloster Schöntaler Lagerbuch von 1489 einen Bach Namens Elnbach, heutzutage Oelbach (bei Ernsbach, Forchtenberg, KÜN) kennt, eher an ein letzterem den Namen gebendes Oellen = Olleim.

### III

de monasterio sancti N(azarii) vel ipsi monachi faciant de iam dicto monasterio et quod ad ipsum aspicit quicquid sibi utile iudicaverint pro oportunitate sancti N(azarii) vel ibidem deo servientium monachorum. Set et quaecumque in iam praefato monasterio abbatissa fuerit, censum iam dictum ad sanctum (Nazarium) non negligat reddere, quodsi neglexerit, cum<br> legis beneficio hoc emendari faciat<sup>e</sup>. Si quis hec infringere vel inmutare voluerit, inferat partibus sancti N(azarii) una cum cogente fisco auri libras V, argenti pondera X multam sustineat et sic quod repetit evindicare non valeat, sed praesens donatio ista vel precaria omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa<sup>f</sup>.<br> <br> Actum in ecclesia sancti N(azarii) ante preciosum corpus eius, in loco publico monasterio Lauresham. Signum Hiltisnot, deo sacratae abbatissae, quae hanc donationem sive precariam firmitatis fieri et firmari rogavit. Signum Maorlach comitis, germani ipsius, qui hoc consensit. Signum Anto fratris eius.<br> <br> Ego itaque Samuel presbiter rogante Hiltisnot hanc donationem sive precariam scripsi.

—

Der Textabdruck folgt dem *Chronicon Laureshamense*, einer Pergamenthandschrift aus dem 12. Jahrhundert.

---

<sup>e</sup>Der Satz *quodsi non fuerit – emendari faciat* des Codex ist hier ausgelassen und stattdessen aus der in der Chronik unmittelbar vorhergehenden Urkunde ergänzt.

<sup>f</sup>Der Satz *et sic quod repetit – subnixa* des Codex ist hier ausgelassen und stattdessen aus der in der Chronik unmittelbar vorhergehenden Urkunde ergänzt.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

StA Würzburg

### Signatur/Titel des Originals:

Mainzer Bücher verschiedenen Inhalts 72, fol. 4 v

### Überlieferung und Textkritik:

Die im StA Würzburg verwahrte Pergamenthandschrift aus dem 12. Jh. war ehemals im HStA München

### Editionen:

Codex principis olim Laureshamensis abbatiae diplomaticus ex aevo maxime Carolingico diu multumque desideratus, hrsg. von der Academia electoralis scientiarum et elegantiorum litterarum Theodoro-Palatinae, 3 Bde., Mannheim 1768-70, S. 30. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA INDE AB ANNO CHRISTI 500 USQUE AD ANNUM 1500. SCRIPTORES, BD. 21: Historici Germaniae saec. XII, hrsg. Von Georg Heinrich Pertz, Hannover 1869. [ND Stuttgart 1988], S. 353 f. (innerhalb des dortigen Abdrucks des Chronicon Laureshamense). Glöckner: Codex principis olim Laureshamensis abbatiae diplomaticus ex aevo maxime Carolingico diu multumque desideratus, hrsg. von der Academia electoralis scientiarum et elegantiorum litterarum Theodoro-Palatinae, 3 Bde., Mannheim 1768-70, Bd. 1, S. 291 f., Nr. 13.

## Weitere Angaben

### Beschreibstoff:

Pergament

### Ausstellungsort:

Lorsch

### Ortsindex:

Böckingen Wohnplatz (1771) <br> Böckingen, Heilbronn, HN <br> Eichach Wohnplatz (2699) <br> Eichach, Zweiflingen, KÜN <br> Großgartach Wohnplatz (2040) <br> Großgartach, Leingarten, HN <br> Kleingartach Wohnplatz (1923) <br> Kleingartach, Eppingen, HN <br> Langenbeutingen Wohnplatz (2339) <br> Langenbeutingen, Langenbrettach, HN <br> Lorsch, HP <br> Möglingen Wohnplatz (2573) <br>

Möglingen, Öhringen, KÜN<br> Neckargartach Wohnplatz (1780)<br> Neckargartach, Heilbronn, HN<br> Oberrot Wohnplatz (3155)<br> Oberrot, SHA<br> Olleimo<br> Olnhausen Wohnplatz (2012)<br> Olnhausen, Jagsthausen, HN<br> Schluchtern Wohnplatz (2047)<br> Schluchtern, Leingarten, HN<br> Westheim Wohnplatz (3502)<br> Westheim, Rosengarten, SHA<br> Wächlingen Wüstung (22014)<br> Wächlingen, Öhringen, KÜN, W